



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

6. Quarta. Ut possint apponi pacta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

et us, imò jam etiam dictum est, non esse onus, facere id, quod tibi non nocet, & tibi prodest.

29. Insuper: At saltem erit onus Ecclesie, quod debitor censuum scientes Ecclesiam posse cogi ad revendendum in translatione dicta iurium, facilius quarent se redimere: id, quod sepius emeret in damnum Ecclesie, quæ, nec æqualem, nec promptum invenire posset censum quem emeret cum pretio sibi reddito.

30. Respondeo, esto, hoc sit aliquod onus, tamen, quia est appositum in erectione ejusdem census, ideo cum patientia tolerandum. Dixi (esto) quia revera, tam modicum, & tam remotum hoc gravamen est, ut non veniat in considerationem, maxime in re nostra; neque enim Ecclesia per prohibitionem alienationis rerum Ecclesiasticarum veretur, ne sit mera, & remota, occasio, & ne se ostendat facilem ad revendendum, sed solum ne revendat; quando res prohibita est revendi, & quando ipsi est voluntarium, revenditionem denegare.

31. Obiiciunt secundò, Doctores passim docent, si prædium vendatur pupillo cum pacto, de hypotheca, non posse fieri hypothecam sine Decreto Iudicis, quia statim, atque fuit prædium in dominio pupilli, cæpit esse sub lege prohibente, ne pupillus sine auctoritate Iudicis hypothecatur, id est, alienationem faceret. Ergo pari, imò maiori ratione, in casu nostro, etiam si pactum præcesserit non poterit Ecclesia hoc pactum exequi sine licentia Pontificis.

32. Respondeo, claras esse disparitates, Primò, In pupillo nocitura supponitur, seu melius timetur erectio hypothecæ: at in casu nostro nihil nocet Ecclesie translatio iuris, de qua loquimur, ut toties probatum est. Secundò, Pactum pupilli cum vendente prædium, est initum inter ipsos privatos, estque speciale inter has personas contrahentes, at in casu nostro est pactum universaliter requisitum à Summo Pontifice pro omnibus contrahentibus, & ut lex publica ab eodem lata, quare sine restrictione servanda. Tertiò Ratio, cur requiratur à Pupillo Decretum Iudicis in erectione dictæ hypothecæ, est parva ætas pupilli, qui non iudicatur, adhuc aptus ex se solo ad contrahendum, & ad discernendas conditiones contractuum. Id quod nihil est in casu nostro.

33. Obiiciunt denique tertiò, auctoritatem cuiusdam docti Causidici, & cuiusdam viri fide digni, assertorium Tribunalia in nostro Regno decidisse, Ecclesiam hac in re, nec debere, nec posse compelli.

34. Respondeo, Tunc id ita fortasse fuisse decisum, quia probabilis visa fuit illa opinio. Sed hodiè, quando rationes iam sunt diligenter expensæ, tertè in favorem nostræ, hoc est, veræ sententiæ erit, pronuntiandum.

§. V. Tertia conditio Censui in Sicilia, Vt pensio non excedat decimam pretii.

1. Tertia conditio est, ut non constituantur census, nisi ad rationem unius pro decem, seu ad rationem decem pro centenario, id, quod iussit Pontifex, ne, si amplius censuarii dare deberent, facili in paupertatem dilaberentur.

Quoniam, præter Carolus V. in Germania, & Philippus II. in Sicilia, & Clemens VIII. pro statu Ecclesiastico auxerunt pretium census, modo, quo supra dictum est, idè statim oritur difficultas, an, si Siculus, cui iam concessit Nicolaus emere censum ad rationem decem, pro centum, & cui Philippus negavit ut sic emeret, eum solum velit ad rationem quinque pro centum, an, inquam, possit Siculus in conscientia (nam in foro externo Rex, seu illius Iudex ipsum sine dubio condemnaret) licitè, & validè emere ad rationem pluri, quàm quinque pro centum, puta ad rationem sex, septem, decem, &c. De hoc supra, c. 4. §. 3. n. 3. & c. 6. §. 2. n. 8. bis dictum est, id tamen iterum hic, quasi in proprio loco est discutendum.

2. Et quidem primo aspectu, posse videtur, quia non

potuit Princeps restringere id, quod Summus Pontifex concessit.

Nihilominus respondeo, non posse. Ratio est, quia Nicolaus V. solum permittens declaravit, ut ex supra bis supra, c. 6. §. 1. n. 2. positum apparet, non fuisse censum emere censum in Sicilia ad rationem decem pro centenario. Ceterum non ademit à Rege constitutiones, & providentiam, quam habere debet decem pro centum, & consequenter pretia census, id, quod in creatione census, notavi superius, l. 1.

3. Et certè inter alia onera supra dicta, censuum onus est facultas emptoris sibi adjudicandi prædium ad discursum, quando pensio à venditore accipitur: De qua re pluries mox dicetur §. 7.

Adde aliam rationem ex generali doctrina, quia pretia rerum crescere ex copia ementium: Cuiusmodi multi, penè sine numero sint, qui emunt ejusmodi census in forma Bullæ Nicolai, mirum non esse debet, majori nunc pretio esse dignos. Quare Rex, ad id pertinet decernere rerum pretia, rectè iudicavit, quod habere potuit, nunc, in tanta emptorum copia, quod tunc fortè non iudicavit, additis oneribus prædicti ejusmodi iustum pretium esse debere ad rationem quinque pro centum. Quod autem etiam in venditione census valeat, ad majus, vel minus pretium emendum, emptorum parvus, vel magnus numerus, de Lugo d. 25. de iust. n. 200. & favent omnes.

4. Quando autem num. 3. asserti, non possunt, nec licitè, nec validè. Non licitè, quia pensio, quando sunt à Principe taxata, obligant, ut illi visibilibus serventur, quemadmodum alibi dictum est. Non validè, quia Rex Philippus nullos redditus censuum in posterum creandos, si superent prædictam censuum verba irritantia contractum majorem pretio factum hac sunt. In 2. tom. pragmat. Reg. Sicil. tit. 4. p. 3. mat. 3. de Cens. juxta form. Bullæ.

5. Ordinamo, è comandamo, che di quæ immo, si possa in detto Regno di Sicilia imporre, creare, tuire, ne fondare di novo rendita nessuna di congiugationi, o Censi redimibili, ne ricattare a uno prezzo di vintimilia il miglajo, che è il livello, di cinque per cento, è che li contratti di censo, o Censi, che d'altra maniera si faranno, sono nulli, o di nullo valore, & effetto, (nota irritantia contractus) è non si possa per virtù di quæ immo, dare, ne recuperare in iudicio, ne fora, più in questa regione, è rispetto.

§. VI. Quarta, seu ultima conditio Censui in Sicilia, Vt possint apponi pacta ad arbitrium contrahentium.

1. Valdè notabilis, & ampla est hujusmodi concessio, quia in aliis Bullis multa prohibentur, ut ex Superioribus constat. Sed in nostro Regno possunt adijci contractui census, ex vi illius concessionis, omnia, & quæcunque pacta velint contrahentes, dummodo (ut semper supponitur) apponantur quæ sunt conformia juri naturæ, ad quæ nihil aliud requiri, nisi, ut servetur æqualitas gravaminis competitur, & pacta non sint inter se contraria, notavi cum dicto supra, cap. 4. num. 1. initio.

2. Atque hinc fit, ut quando in Sicilia apponitur census (& solet quidem semper) ut si censuarius solvat pensionem, possit censuista prædium sibi adjudicare, non exultimetur esse illicitum census, sibi adjudicare, non enim est contra naturam contractus, quia illud nullo modo destruit naturam contractus, & ex alia parte non videtur esse illicitum, quod censuarius onus imponatur venditori, quia supponimus censum onus imponatur venditori, & nunc possit pensari aliunde ejusmodi gravamen, & nunc possit didici Philippi Pragmaticam maxime conspectam, ut eo, quod emptor non acquirit pensionem, nisi ad rationem quinque pro centum, ut supra vidimus. Nunc